

Veni veni Emmanuel

Psalteriolum Cantionum Catholicarum,
Colonia, 1710.

Anonymus



V/. Ve-ni ve-ni Em-ma - nu-el cap-ti-vum sol-ve Is - ra-ël qui ge-mit in ex-si - li-o pri-va-tus De-i Fi - li-o.



R/. Gaude, gaude, Em-ma - nuel nascetur pro te Is-rael.

1. Veni veni Emmanuel
captivum solve Israël
qui gemit in exsilio
privatus Dei Filio.

R/. Gaude, gaude, Emmanuel
nascetur pro te Israel.

2. Veni, o Sapientia
quæ hic disponis omnia
veni viam prudentiæ
ut doceas et gloriæ. **R/.**

3. Veni, veni, Adonai,
qui populo in Sinai
legem dedisti vertice
in maiestate gloriæ. **R/.**

4. Veni o Jesse virgula
ex hostis tuos ungula
de spectu tuos Tartari
educ et antro barathri. **R/.**

5. Veni, Clavis Davidica
regna reclude cælica
fac iter tutum superum
et claude vias inferum. **R/.**


6. Veni veni o Oriens
solare nos adveniens
noctis depelle nebulas
dirasque mortis tenebras. **R/.**

7. Veni veni Rex Gentium
veni Redemptor omnium
ut salvas tuos famulos
peccati sibi conscios. **R/.**

[Vox organalis, si placet (MS Bibliothèque Nationale, Paris)]



V/. Ve-ni ve-ni Em-ma - nu-el cap-ti-vum sol-ve Is - ra-ël qui ge-mit in ex-si - li-o pri-va-tus De-i Fi - li-o.



R/. Gaude, gaude, Em-ma - nuel nascetur pro te Is-rael.